

enim, in toto terrarum Orbe, Lapis inuenitur, qui maiorem habeat efficaciam, quam æque hicce noster Lapis, & nullus terræ filius veram artem reperire potest, absque isto lapide. Benedictus Deus in cælo fiet, qui artem hanc in Sale creauit, omnesque res fluxibiles libenter transeunt: Quinta est essentia supra res omnes, & in creaturis omnibus. Summus DEVS à cælo non dumtaxat benedixit creaturis hac ratione, sed laus, præstantia, potentia, atque sapientia in Sale etiam cognoscendæ sunt: Qui soluere & coagulare potest, is arcana artis hujus bene nouit. Sal autem reperitur in nobili quodam Sale, & in rebus omnibus: Quocirca veteres Philosophi illud vulgare Lunã appellarunt: Omnes nãq; homines illius indigentes sũt: & si discere uolueris, tũc præparato Sal vt dulce fiat: Si spiritus in illo coquantur, tunc exinde justificantur, & nullum aliud sal tam constans est, quod animam magis figat, & non in igne fugax fiet: Sal terræ est anima, omnes res siquidẽ coagulat, de media terra est, destructa terra, & nulla res in terra est tincturæ similis. Sal n. fluxibile, sese, pro cuiusuis lubitu, tractari patitur, Rebis appellatur, lapis, Sal, vnũ corpus, & res vilis projectaque est, & tamẽ purificat corpora, eadẽ restituit, clauis ad vniuersam artem, atque res omnes, quæ de terræ rebus singulis expectis, in illo inueniuntur, modo quod illius ingressum ignores, qui tam altus magnusque, & præ omnibus prudentibus sapientibusque occultatus est: Si corpora ingrediatur, tunc illa perfecte tingit. Quid igitur à Deo desideres, quam sal hoc cum ingressu suo.

Equidem adhuc majus in Sale isto miraculum animaduertitur: Licet enim homo 1000000. annos uiueret,

Oo

ret,